



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Lerinense S. Honorati monasterium, vulgo Lerius, in dioecesi Grassensi,  
regni Galliae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

Et ut hæc præceptio cessionis nostra futuris temporibus Deo auxiliante firmiter habeatur, vel per tempora inuiolabiliter conseruetur, manibus proprijs vel nostris signaculis. subter infra decreuimus roborare. Datum quod fecit mensis Decembris die sexto, anno 48. postquam Childebertus Rex regnare cœpit. Ego Valentianus, Notarius & Amanuensis recognoui.

Obijt autem Chilpericus Rex anno 559. teste Sigiberto, in hoc suo monasterio conditur.

## CAPVT VII.

*Lerinese S. Honorati monasterium, vulgo Lerius, in diacesi Grassensi, regni Gallia.*

**E**st illustris hæc Abbatia sita in insula Lerina seu Lerino, quam Plinius & Strabo Leronem vocant, in diœcesi Grassensi.

Ex hoc monasterio prodierunt viri quamplurimi sanctitate ac scriptis illustres vt s. Hilarius Archiepiscopus Arelatensis; s. Honoratus; Vincentius Lerinensis; libello aduersus hæreses scripto notissimus; Faustus Rhegiensis Episcopus & alij.

Accessit hoc monasterium, Congregationi Cassinensi, anno Christi 1515. vt constat ex diplomate Leonis X. Plura vide apud Chopinum lib. I. Monasticon tit. 1. & infra cap. 92.